



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118898**

§. 3. Ramæus hujus exercitus Bellidux in suos Tribunos sæviens.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

erumpentes, hæc spolia ex itinere fe- Sæc. XVII.  
 liciter retraxerunt. Præterea Cæsar A. C. 1611.  
 decimo Martii die, ut datam fidem li-  
 beraret, soluto trimestri stipendio mi-  
 lites urbe excedere iussit, qui etiam  
 Ramæo ductore suo destituti, qui jam  
 biduo ante clam discesserat, cum Ma-  
 thiæ Regis adventum vererentur, circa  
 tertiam noctis horam abiere, Berau-  
 nium, & inde Budevitium profecti: ni- Merc. Gallo-  
 hilominus tamen adhuc tam in hoc op- belg. tom. 7.  
 pido quam alibi per regnum grassaban- l. I. p. 30.  
 tur, unde Cæsar singulis viatici nomi-  
 ne pecunias erogari, ac præteritorum  
 veniam promitti iussit, quo facto una-  
 omnes intra paucas horas disparuere.

## §. III.

*Ramæus hujus exercitus Bellidux in  
 suos Tribunos sæviens.*

**E**x Belliducibus pauci admodum una- Slavata  
 cum Leopoldo Passavium rediere, chron.  
 ex quibus soli Laurentio Ramæo da-  
 tum erat copias reducendi negotium.  
 Hic Budevitium, ubi ipsa Curia ei ad  
 habitandum erat assignata, delatus,  
 novem Ordinum Ductores, & equitum  
 Tribunos ad coenam invitabat, qua fi-  
 nita alium post alium ad privatum suum  
 cubile accersens, singulos proximum  
 cubiculum ingredi iussit, accepturos ibi



Sæc. XVII. a vigiliarum Præfecto arcani mandati  
A. C. 1611. exequendi rationem. Primo ex illis  
 ad cubile admissis, fores clauduntur, eique mortis sententia denuntiatur, eo quod Pragæ se tumultuantium Ducem præbuisset, & cum Turronio Comite, aliisque Proceribus clam collusisset, proin caput obtruncandum daret, quo per carnificem abscisso, sublatoque ejus corpore alius post alterum ex hisce Ductoribus, rerum ignari una omnes ad lanienam intrarunt, caput posituri. Peracto supplicio Ramæus cæsorum corpora jussit in forum deferri, appensa cuilibet tabella, qua eos ob clandestina cum Cæsaris hostibus consilia capite mulctatos significatum. Hæc ubi exercitus per vicinos Pagos distributus intellexerat, miseratione in rabiem mutata urbem obsidet, & Ramæum sibi tradi postulat, qui tamen ea adhuc nocte fuga dilapsus erat: Fertur, hosce miseros proditionis imputatæ ignaros fuisse: id certum est, quod Leopoldus Ramæum postea in Alsatia captum, ac in vincula conjectum præmissis examine capite plecti jusserit.

## §. IV.

*Mathias Hungariæ Rex cum exercitu suo Pragam veniens.*

Inte-